



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 78. Aliæ Censuræ quarumdam Propositionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. LXXVIII.

Sæcul. XV.
A.C. 1493.*Alicæ Censuræ quarundam Propositionum.*

Eadem Facultas adhuc alias duas propositiones notis perstrinxit, quas *Argentre ib. p. 331.*
 Henricus Bancqueville ex Ordine FF. *Ex 1. regist. fol. 146.*
 Minorum in sua disputatione, quæ *Sorbonica appellatur, proferebat; harum prima his concepta erat verbis: Homo factus est Deus, altera, Christus incæpit esse.*
 Primam declaravit Facultas, de proprietate sermonis esse falsam & erroneam, prohibuitque, eam de cetero doceri, aut asseri, nisi cum expressione sensus, quem prætendunt sancti Doctores, videlicet factum est, quod homo sit Deus. Secundam quoque definit, de rigore sermonis, & sic absolute dictam esse falsam, scandalosam, & hæreticam. Hæc censura lata est secunda mensis Augusti.

Ad finem vero ejusdem anni Joannes Grillot ejusdem Ordinis Alumnus in die Conceptionis B. V. M. in Ecclesia S. Germani Antiffiodorensis tam matutinæ quam vespertinæ concioni suæ textum præfixit ex illis Evangelii verbis: *Hæc mulier deprehensa est in adulterio, allatisque rationibus Beatissimam Virginem in peccato originali conceptam fuisse, comprobare nitebatur, quamvis in concione*

N n 4

concione

Sæcul. XV. cione pomeridiana contrariam omnino
A C 1494 doctrinam proposuisset, quo facto coram
 Facultate comparere jussus, palinodiam
 canere compellebatur; cui etiam Joannes
 paruit, suaque dicta revocavit die vigesima
 quinta Decembris, anno salutis millesimo
 quadringentesimo nonagesimo quin-
 to, ut quidam referunt, alii vero id ad
 millesimum quadringentesimum nonage-
 simum tertium revocant.

§. LXXIX.

*Ferdinandi Neapolitani Regis
obitus.*

Volat. lib. 6. Interea Ferdinandus ad declinandam si-
Angel. Polit. bi jamjam impendentem procellam,
in epist. l. 2. omnes politicæ prudentiæ rationes ex-
Surita to. 5. hauserat, irrito tamen conatu; Carolum
l. 1. c. 23. enim Galliarum Regem nullatenus polli-
Marian. hist. citationum suarum amplitudine captum
Hisp. l. 26. experiebatur, incertum etiam erat Pon-
c. 6. tificis auxilium, eumque proprio suo
Guicc. hist. quæstui, atque ambitioni potius quam
Ital. lib. 1. alienis commodis intentum fore suspica-
Comm. l. 7. batur; Petrum etiam Medicæum ne-
c. 11. cessitate compulsum, per Florentinorum
 ditiones transitum Gallis concessurum
 noverat; ergo ad Ludovicum Sfortiam
 postremo confugit. Quamvis ab eo haud
 valida sperare posset auxilia, nihilominus
 ipse eundem Mediolani convenire sta-
 tuit,